



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 23. Henrici VIII. Liber Pontifici oblatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

dem Sacramenti rationem attribui. Præ- Sæcul. XVI.  
A C. 1521.  
ter hæc Lutherus Sacerdotium evertit , omnesque fideles ex æquo Presbyteros esse docet, nulli alteri innixus rationi , quam cuidam perperam intellecto sacri Codicis textui , qui , si in finistro Luthe- ri sensu acciperetur , ea ratione qua om- nes Christiani Sacerdotes sunt , eadem etiam omnes Reges forent ; Postremo tandem ex- tremam unctionem Sacramentum esse negare constituit , cum vero eidem Sa- cramenti rationem competere , ex S. Ja- cobo apertissime demonstrari perspice- ret , hæc Apostoli verba enervare præ- sumit , dicens , illius epistolam inter Ca- nonicas haud reputari .

## §. XXIII.

*Henrici VIII. liber Pontifici  
oblatus.*

Hoc doctum Henrici Regis volumen summo Pontifici in pleno Patrum Senatu offerebatur. Acceptabat illud Papa non sine ingenti animi sui gudio, usque adeo in elogia effusus , ut hunc libellum SS. Augustini & Hieronymi o- peribus æquiparare haud dubitaret. Paucis post diebus Leo Cardinales con- vocabat, ut de debito tam præclarum, quod Angliæ Rex Ecclesiæ præstitisset,

E 3

obse-

**Sacul. XVI** obsequium remunerandi modo consulta-  
**A.C.1521** tionem haberet.

## §. XXIV.

*Titulus Defensoris fidei a Papa Angliae Regi collatus.*

*Pallavicin.  
hiſt Conc.  
Trid. I.2.c.1*

Diu multumque deliberatum , tandem  
vero conclusum , hunc Monarcham  
insigni *Defensoris fidei* titulo honorandum  
esse. Ergo Pontifex diploma expediri  
jussit, in quo Henrico , cunctisque Angliæ  
Regibus ejusque Successoribus titulum  
*Defensoris fidei* attribuit , unaque literæ  
a Papa sunt scriptæ , quibus eidem Regi  
amplissime gratias egit.

## §. XXV.

*Melancthonis libellus adversus Parisiensium Theologorum censuram.*

Ceterum vix literis exprimi potest ,  
quam inique Lutherus tulerit , quod  
Angliæ Rex Parisiensis Universitatis ex-  
emplo ductus adversus ejus libros cala-  
mum strinxisset. Jam cunctas modera-  
tionis leges transgressus , nil nisi rabie-  
bilemque evomere satagebat. Hucus-  
que lingua ac calamo præcipue coram  
Cardinale Cajetano , necnon in celebri  
disputatione Lipsiensi palam profiteba-  
tur , se Parisiensem Universitatem velut  
fanæ